Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

Sebastiani Castellionis Sacrorvm Dialogorum Libri Qvatvor, Qvos Postremo Ipse Recognovit: Argvmenta Singvlis Dialogis Praeposvit, Et Sententias Svbiecit ...

Châteillon, Sébastien

Francofurti, 1761

VD18 12886300

Jehvs.

urn:nbn:de:gbv:45:1-18303

Visual Library

Hazael, Eliſæus.

Benadadus, Syriæ Rex, qui nunc æger eſt, miſit me ad te, Eliſæe, ad percontandum de ſalute tua. *E.* Renunciato ei, eo morbo levatum iri: & tamen Jova mihi interiturum ſignificavit. Heu! *H.* Quid tibi volunt iſta ſuſpiria, quæ fixo vultu ita alte trahis? *E.* O Hazael! Hazael! video quantum tum vaſtitatem ſis Iſraelitis illaturus. Tu eorum ædificia incendes, tu juvenes ferro trucidabis, tu pueros elides, tu gravidas mulieres diſcerpes. *H.* Egone viliſſimus homuncio tanta facinora potero? *E.* Oſtendit mihi Jova, te fore Regem Syrorum.

SENTENTIA.

Piis dolet populi Dei calamitas, quamvis merito & divinitus illata.

JEHVS 2 Reg. 9.

ARGVMENTVM.

Jehus ab Eliſæi puero unctus Rex Iſraelitarum, Joramum Iſraelitarum, & Ochoziam Judæorum Regem, & Jezabelem Jorami matrem occidit.

Puer Eliſæi, Jehus, Duces, Speculator, Joramus, Iſraelitarum Rex, Nuncius, alter nuncius, Jezabella.

Habeo quoddam ad te mandatum, Dux. *Je.* Quem noſtrum appellas? *P.* Teipſum Dux: ſecedamus intro. Jova te, Jehu, Deus Iſraelitarum, hoc oleo per me ungit Regem ſuorum

rum Iſraelitarum, jubetque ut Achabi domini t
ſtirpem trucides. [a]) Statuit enim ſuoru
omnium, tum vatum, tum reliquorum ſanguine
a Jezabele expetere, univerſamque Achabi domu
perdere: & ejus memoriam, genusque ſtirpit
ex Iſraelitis tollere, eamque eo redigere, quo re
acta domus eſt Jeroboami, Nabathi filii, & Ba
Achiæ filii. Jezabelem autem comedent ca
in agro Jezraelano inſepultam. Sed ego hi
fuga me proripio. *D.* Quomodo ſe res habe
Jehu? quorſum venit ad te lymphatus iſte? *J*
[b])Hominem noſtis, ejusque orationem. *D.* Mi
nime vero. Doce nos quidnam dixerit. *Je.* Un
xit me regem Iſraelitarum de Jovæ mandato, c
certum eſt Achabum, Achabique domum per m
ulciſci. *D.* [c]) Supponamus propere Regi veſte
noſtras, ſocii, eumque collocemus in editiſſim
graduum. Tu præco proclama tuba, Regem eſſ
Jehum. *Je.* Nunc duces, ſi vobis ita videtur, ca
vete, ne quis ex oppido evadat, qui hujus rei nun
cium Jezraelem perferat. Nos conſcendamu
equos, & eo feſtinemus ire: nam illic decumbi
Joramus, ſanandorum vulnerum gratia, quæ i
prœlio contra Regem Hazaelem a Syris accepit
eodemque venit Ochazias, Judææ Rex, ad eum vi
ſen

a) Deus flagitia impiorum ulciſcitur.

b) Deum lymphatum, hoc eſt, bacchantem appellatis, facile intelligere poteſtis ejus quoque orationem eſſe lymphatam.

c) Animadvertendum eſt, quam facile illi ſine ulla ſu ſpicione fraudis crediderint.

ſendum. *S.* Video quendam hominum globum. *Jo.* Tu conſcende equum & ei curſu profectus obviam, quære ut valeat. *N.* Fiet. *Je.* Accurrit huc eques quidam. *N.* Rogat Rex, ut valeas, Jehu? *Je.* Qui ut valeam? recede pone me. *S.* Pervenit nuncius ad eos, neque revertitur. *Jo.* Heus tu, conſcende equum, & eodem curre. *N.* Fiet. *Je.* Accurrit huc alter. *N.* Rogat Rex, Jehu, an valeas: *Je.* Quid, an valeam? recede pone me. *S.* Pervenit ad eos nuncius, ſed non revertitur. Inceſſus autem ferocitas declarat eſſe Jehum, Namſis filium. *Jo.* Junge currum equis, auriga: exeamus homini obviam Ochozia. *Je.* Tandem veniunt ipſi Reges opportune. *Jo.* Valesne Jehu? *Je.* Quid valesne? durantibus tot matris tuæ Jezabelis ſtupris & maleficiis? *Jo.* Fugiamus Ochozia: circumvenimur. *Je.* Si quidem poteſtis effugere: experiar tamen, an meus arcus poſſit de Regis corpore ſanguinem elicere: hem tibi, hic moriturus eras. Tu Badaecar triumvir, abjice eum in fundum Nabothi Jezraelenſis: d) nam memini, cum aliquando ego & tu Achabum hujus patrem in eodem curru ſequeremur, ei oraculo dictum eſſe, Jovam ſanguinem Nabothi, ejusque natorum, pridie ejus diei reſpexiſſe: eumque in agro ejusdem Nabothi, quem ille judicio per calumniam appreſſiſſet, in illum vindicaturum eſſe. Quare ſume hoc cadaver, idque in fundum abjice, ſicuti ferunt Jovæ dicta. Sed fugit Ochozias: perſequimini eum, occidite, pereat

d) Locus & res admonens oraculorum Dei.

pereat hoc ad flagitia concors hominum genu
Pergamus in oppidum : nondum peracta ult
eſt. Supereſt totius mali fons Jezabel, quam ja
videre videor de feneſtra proſpicientem. A
etiam fucata eſt : mirum ni ut morti placeat
Jez. Nunquid bene accidit Zambri, qui dominum
ſuum interfecit? *Je.* Ecquis iſte a me eſt
Recte: vos ejus Eunuchi præcipitate eam. Pe
fœminarum impuriſſima, & a meis equis con
culcare.

SENTENTIA.

Ex improviſo jam hos, jam illos armat & ex citat Deus in Principes impios. Æquum eſt enim ut qui adverſus Deum Dominum ſuum conſurgit (id quod faciunt omnes impii) adverſus eum conſurgant alii.

JOAS 2 Reg. 13.

ARGUMENTUM.

Joæ Iſraelitarum Regi ſe ægrotum viſenti prædicit Eliſæus victorias, quas ſit de Syris reportaturus.

Joas Rex Iſraelitarum, Eliſæus.

Heus pater patriæ, ceu columen Iſraelitarum, tu quidem nunc æger jaces? Non eſt ejulandi tempus! cape arcum & ſagittas? *I.* En cepi, quorſum? *E.* Impone manum arcui. *I.* Feci. *E.* Aperi feneſtram obverſam orienti. *I.* Aperui. *E.* Jaculare. Hem ſic volo; collimaſti. Iſta eſt ſalutaris nobis, mortifera Syris ſagitta, quos tu in

Apho-

Landesbibliothek Oldenburg